



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

257. An Princeps possit imponere gabellas super bona Clericorum, siue patrimonialia sint, siue ipsis donata, aut empta & quouis alio titulo quæsitæ sint? Et an Clerici teneantur soluere gabellas ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

vel vectigal; & ideo portorium, & vectigal idem sunt, ut patet, ex l. cum in plures, §. vehiculum, ff. de locat. ubi vectigal quod in transitu alicujus pontis sumitur, nominatur portorium. Et tandem doctissimi, & amicissimi Regens de Napoli in allegat. contra Messan. proventum soluendum ex extractione serici e portu Messana vectigal vocavit, ut patet in titulo dicta allegationis, & inus fol. 21. 24. 28. & 29. Cum igitur ex dictis, ut satis probatum est, portorium, siue ut vulgò dicitur, extractio, seu ius tractarum sit gabella, sequitur necessarîo Clericos ad illam non teneri, ergo, &c.

6. Restat modò respondere ad ea, quæ supra in favorem opinionis Caroli de Grassis adducta sunt. Dico igitur quòd glossa in cap. similiter 16. q. 1. tenet bona patrimonialia Clericorum gaudere eodem privilegio, quo gaudent bona Ecclesiarum; & licet aliqui hoc admittant in casibus tantùm à iure expressis; certum, & inconcussum tamen est, quòd sicut non possunt collectari res Ecclesie, ita nec bona Clericorum patrimonialia, ut ego ipse adversus politicum Bobadillam docui cum 19. Auctoribus, in part. 1. tract. 2. resolut. 39. quibus nunc addo Gregorium Lopez, Rouitur, & Constantium, quos citat, & sequitur Antonius de Marinis queridian. resolut. cap. 37. de hoc. & num. 9. Idem docet Marta de Iurisd. part. 4. cent. 1. cas. 49. num. 9. Et penes ipsum Ioan. Antonium de Nigris, Archidiaconus, Baldus, Afflictus, Geminianus, & Buonius. Et tandem hanc sententiam tenet etiam Imola, Riminaldus iunior, & Ripa, quos citat, & sequitur Tamburinus de iure Abbatum tom. 1. disp. 15. quest. 20. n. 3. Barbosa de iure Eccles. lib. 1. c. 39. §. 5. n. 6. Baldellus lib. 5. disputat. 34. num. 2. Ciarlinius contr. for. cap. 31. num. 7. Guilenzonius conf. 53. Casillo, Sotomaior de Tertiis tom. 7. cap. 9. num. 18. Castus Palaus tom. 2. tract. 12. disput. unica punct. 9. num. 2. me citato, Paulus Squillante de privileg. Cler. cap. 8. num. 34. Vnde novissimè hanc sententiam canonizavit sacra. Rota Romana in una Albanensis gabella die 23. Iunij 1630. coram Merlino, ubi sic habetur: Bona patrimonialia Clericorum etiam laicalia sunt immunita ab omnibus laicalibus ob dignitatem personarum, quæ dignitas personæ influit immunitatem in ipsa bona; illa enim adherent personæ Clericis, nec persona dici potest plene, & perfectè exempta, nisi etiam illius bona exempta sint. Ita Abbas, Decius Felinus, & alij Canonistæ communiter in c. Ecclesia sancta Maria. Baldus in l. 2. c. de Episc. & Cler. & alios refert, & sequitur Suarez lib. 4. c. 25. n. 4. & seq. Huc vsque facta Rota, cuius decisionem penes me impressam habeo ex munere dicti Illustrissimi Merlini domini mei amantissimi, & admirabilis eruditionis viri. Cum igitur hæc opinio sit communis inter Theologos Canonistas, & Iuristas, nescio, quo pacto aliqui his diebus contrariam ausi sint adducere, sine timore censurarum Bullæ Cœnæ, ut inter alios observat Riccius in praxi tom. 4. resolut. 93. num. 2. Et ad auctoritatem Navari respondeo ut observat Faustus in specul. Confess. disput. 33. quest. 13. num. 2. esse sibi contrarium, nam in cap. 17. num. 202. ait, eos qui pedagia à Clericis exigunt, aut exigi iubent, incurrere censuras Bullæ Cœnæ; etsi id, quod vehunt importat, vel asportant, sit de eorum patrimonii. Vnde ex his omnibus patet Clericos esse exemptos à solutione vectigalis, quod solvitur pro extractione frumenti, vini, &c. intra Regnum Siciliae, neque aliter sentendum esse puto.

7. Sed adversus supradicta, dicit aliquis ob stare consuetudinem in hoc Regno, de quo testatur Carolus de Grassis effect. 2. num. 294. asserens, ab illo non posse extrahi blad a, accetera comestibilia sine li-

Tom. IX.

centia Protegis, & solutione dritti, seu extractionis licet tales res fuissent productæ & recollectæ in prædiis Ecclesiasticis, & Clericorum; & Clerici contra venientes tali statuto asserit non posse puniri per Principes sæculares, sed per suos superiores, ergo si Clerici per extractionem suorum bonorum extra Regnum solvant gabellam; seu ius tractæ, dicendum est etiam eandem gabellam solvendam esse in extractione infra Regnum, contra id quod superius firmatum est, nam in vtroque casu militat eadem ratio, ut patet, & ideo debet esse eadem iuris dispositio, ex l. illud. ff. ad leg. Aquil. ex l. illud. C. de sacros. Eccles. ff. postulaverit. §. 2. ff. ad leg. Int. de adult. & aliis iuribus.

8. Respondeo, quòd consuetudo etiam immemorabilis, quæ præiudicat aliquo modo libertati Ecclesiasticæ, non valet, nec admitti debet, etiam si sit consuetudo mixta laicorum, & Clericorum, quia Clerici etiam volentes non possunt se submittere iurisdictioni laicali, vnde non est vis faciendi in tali practica. Et ita in terminis, ut dici solet, terminantibus nominatim contra Grassum, & contra consuetudinem huius Regni, firmat & docet hanc sententiam Ioannes Baptista Ciarlinius in controneres. forens. o. 31. n. 15. & 16.

Sapet hæc mixta consuetudine infra in Res. 297. & in aliis eius non.

RESOL. CCLVII.

An Princeps possit imponere gabellas super bona Clericorum, siue patrimonialia sint, siue ipsi donata, aut empta, aut quovis alio titulo quæstia sint? Et an Clerici teneantur solvere gabellas impostas super bona laicorum ad ipsos postea aliquo titulo superavenientia? Ex part. 1. tr. 2. Res. 43. alias 42.

§. 1. **H**ic casus ponitur maximè pro Regno Neapolitano ubi de iure eius municipali Clerici non gaudent immunitate collectarum in bonis donatis, ut notat, nec improbat Riccius part. 4. collect. 90.

2. Sed non posse Principes hoc efficere, docet notiter P. Duardes in Bull. Cæn. lib. 2. can. 18. q. 6. n. 1. & seq. & patet ex verbis Bullæ: Imponentes decimas, &c. personis Ecclesiasticis, ac eorum; & Ecclesiarum bonis. Ex quibus verbis bona Clericorum eximuntur ab oneribus huiusmodi; & cum textus Bullæ generaliter loquatur de bonis Ecclesiasticorum, non debemus illum restringere; sed generaliter, ut loquitur, intelligere de quibuscumque eorum bonis, siue patrimonialia sint, siue donata, siue empta, aut quovis alio titulo quæstia. Et ita etiam hanc sententiam docet Barbosa in suis collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. c. 4. n. 4. Filiucius tom. 1. tr. 16. c. 11. n. 298. Reginaldus tom. 1. lib. 9. c. 25. n. 377. Altherius tom. 1. disp. 19. lib. 5. c. 2. fol. mihi 307. col. 2. Lessius lib. 2. c. 3. dub. 3. num. 19. & alij, qui non solum docet, ut supra probatum est, bona patrimonialia Clericorum esse exempta sed etiam alia, alio quovis titulo quæstia.

Sup. hoc supra lege doctrinam Res. 277.

Sup. in Res. quæ hic est 295. & in aliis eius not.

3. Ex his igitur apparet, censura Canonis 17. Bullæ Cœnæ innodari omnes illos, qui imponunt collecta, decimas, tributum, siue gabellam cuiuscumque generis super omnia Clericorum bona, siue sint patrimonialia, siue acquisita ex testamento, donatione, emptione, aut quovis alio titulo: & ideo consuetudo Regni Neapolitani videtur improbanda.

4. Non reticebo tamen, aliquos Doctores illam approbare, ut Coriolanus in Bull. Cænæ, excomm. 18. fol. mihi 951. & Prosperum de Augustino in addit. ad summam Quaranta, verb. vectigal. fol. mihi 632. Sed an probabiliter, videant viri docti, & iudicent, Duardus ubi supra nu. 12. talem consuetudinem improbat,

V &c

& asserit, quòd si in Regno Neapolitano non adest privilegium Pontificis id concedentis, illam consuetudinem, seu Constitutionem imponendi gabellas super bona Clericorum donata, esse contra libertatem Ecclesiasticam, & nullam prorsus retinere firmitatem. Sed an, Clericus teneatur solvere gabellas impositas super bona laicorum, ad ipsum postea aliquo titulo, de quibus *supra*, peruenientia? respondeo distinguendo: vel illa bona habebant annexam aliquam gabellam, vel collectam certam perpetuam, & invariabilem, nimirum ut ex eis quotannis solvatur certa pensio in perpetuum: vel illa bona erant solum obligata ad Collectas, obligatione indeterminata, & variabili ad tempus, nimirum, ad solvendas collectas pro varietate temporum, & necessitatibus occurrentium. In primo casu tenentur Clerici solvere supradicta onera: in secundo minime. Et ita docet Filiucius *tom. 1. tr. 16. c. 11. num. 294.* Azorius *p. 3. lib. 5. c. 19. q. 8.* Duardus in *Bull. Cœna, lib. 2. can. 18. q. 6. n. 6.* Megala in *part. 2. lib. 2. c. 17. q. 6. n. 58. & 103.* Alterius *tom. 1. disp. 19. lib. 5. c. 6. fol. mibi 719.* Prosper de Augustino in *addit. ad Summam Quaranta, verb. vectigal.* Sousa in *Bulla Cœna, c. 19. disp. 92. n. 5.* Molfesius in *summ. tom. 2. tract. 11. c. 22. n. 167. & 168.* Turrianus *tom. 2. in 2.2. disp. 44. dub. 4. n. 13.* Molina *tom. 3. tr. 2. disp. 672.* & alij. Vide etiam Layman in *Theolog. mor. lib. 4. tr. 9. c. 6. n. 5.* Malderum in *2.2. tr. 5. c. 6. dub. 9.* & Suarez *contra Regem Anglia, lib. 4. c. 20.*

## RESOL. CCLVIII.

An Clerici teneantur solvere collectam certam & invariabilem impositam per statutum super aliqua bona, priusquam ad eos pervenissent?  
Et an prædia omnia sint obligata pro tributis Reipublicæ impositis? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 17.

§. 1. Affirmativam sententiam docet Barbosa in *collecl. tom. 1. lib. 3. tit. 49. c. 4. n. 5.* & ego ipse cum multis aliis in *tr. 1. part. 1. de immunit. Ecclesiast. resol. 42.* nunc autem existimo contrariam sententiam esse etiam probabilem, quam tuentur DD. quos citat, & sequitur D. Carolus de Grassis de *effectibus clericatus, eff. 3. à n. 162. vsque ad n. 176.* quibus ego addo doctissimum Iuriconsultum Hispanum Ioannem Bertran. de Guevara in *propugnac. liber. Eccles. assert. 1. §. 6. n. 27.* vbi sic asserit. Non potest sustineri opinio Bartoli etiam si onus impositum sit invariabile, & certum & in certa quantitate; quia collecta est onus, quod personis imponitur secundum quantitatem possessionum & rerum, ita quòd collectæ sint onera mixta, ex *l. rescriptio, §. finali, de muner. & honor.* & ita collecta quantum ad obligationem est onus personale, & quantum ad quantitatem est reale; ac proinde quando imponitur onus à statuto super rebus certum & invariabile, id censetur fieri in fraudem Ecclesiasticorum, & ita est eadem ratio, ac si esset onus variabile, & incertum, quidquid contradicant alij distinguendo, an onera certa & firma, & invariabilia sint, an verò incerta, & variabilia.

2. Nec enim hæc distinctio admittenda est, quando per statutum onus solvendum imponitur in futurum, aliter si fiat per specialem contractum Principis, vel contrahentium. Ita Guevara, & ante illum Cardinalis Albanus in *tract. de immunit. Eccles. qui omnino videndus est, & habetur in tom. 13. tractatum part. 2.* Hoc etiam docet Alexander Pefantius *tract. de immunit. Eccles. disp. 7.* vbi sic ait. Quando onera sunt perpetua, & certa, & rebus imposita, maior est difficultas; sed si generalitati factorum Canonum itandum

fit, idem dicendum est, quòd de secundo casu, & ego ut tuas reddam Principum, & Magistratum secularium conscientias, non possem, tuta conscientia, aliud suadere, quam ut cum talia onera imponenda, vel imposita iam exigenda sunt, non aliter fiat, quam consulto, & concedente Romano Pontifice. Sic Pefantius, quæ omnia intelligenda sunt, ut notat Grassis *vbi supra*, etiam si bona patrimonialia clerici reperiantur in extimo descripta, nam non transeunt in clericos cum onere suo, licet tale onus esset reale, perpetuum & durabile.

3. Ex his patet refellendum esse Ioannem Driedonem de *libertate Christiana lib. 2. cap. 3.* asserentem, quòd prædia omnia sunt obligata pro tributis Reipublicæ impositis, & imponendis, & cum hoc onere transire in Ecclesiam; sed hæc opinio est falsa, & Thologo indigna.

## RESOL. CCLIX.

An Princeps possit imponere, & exigere gabellas à Clericis in Minoribus constitutis?  
Et quid, si ad sit consuetudo in contrarium?  
Et quid de Clericis primæ tonsuræ? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 36. alias 35.

§. 1. D E Clericis primæ tonsuræ affirmativè respondet Angles in *4. som. 2. de restit. c. ellig. diff. 5.* Lassarte de *decim. vendit. c. 19. n. 21.* Gutierrez *pract. 99. lib. 1. q. 8.* Ledesma in *summa, tom. 2. tract. 17. c. 2. concl. 27.* & Ioann. de la Cruz in *direct. conscient. p. 1. præcep. 7. art. 3. concl. 1.*

2. Sed stando in iure communi, contrariam sententiam prorsus amplectendam esse puto: nam omnes Clerici, etiam primæ tonsuræ, gaudere exemptione gabellarum; ut notat Molina *tom. 3. tract. 2. disp. 270. num. 5.* Malderus, Lessius, & alij, *vbi infra*, & colligitur ex *c. fin. de vita & honest. cler. ex c. quantum de censibus, & ex l. Presbyteros, C. de Episcop. & Cler. Dixi, stando in iure communi: nam in aliquibus Regnis, Clerici in minoribus constituti, si actu beneficium non habent, non sunt exempti ab onere gabellarum, ut notant Aragon in *2.2. q. 62. art. 3.* Bobadilla in *Polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 263. & 183.* Ioan. de Hevia in *tr. de commere. lib. 1. c. 14. n. 9.* Flores de Mena *lib. 2. q. 21. n. 199.* Felicianus de *conf. lib. 2. c. vlt. n. 13.* Gironda de *gabellis, p. 7. n. 7.* Rodriguez in *summa, tom. 1. c. 7. concl. 14.* Ioan. de la Cruz in *direct. conscient. part. 5. præcep. 7. q. 7. art. 3. dub. 1. concl. 1.* & alij penes ipsos. Et hoc stante consuetudine, à Romano Pontifice scita, & approbata, ut observant Valquez *opus de vestit. c. 6. §. 1. n. 33.* Lessius *lib. 3. c. 3. dub. 5. n. 39.* Malderus in *2.2. tract. 5. cap. 6. dub. 8.* Molina *tom. 3. tr. 2. disp. 270. n. 5.* Turrianus in *2.2. som. 2. disp. 44. dub. 4. n. 12.* Salas de *legib. q. 96. tr. 2. 4. disp. 14. sect. 1. n. 121.**

3. Sed hanc consuetudinem, & Doctorum opinionem refellit ex Theologis Hispanis Garcias de *beneficiis, tom. 1. part. 2. cap. 3. à n. 1. vsque ad 10.* & ex nostris P. Megala in *par. 2. lib. 2. c. 17. q. 6. n. 101.* Quicquid igitur sit de hoc, certum est talem consuetudinem non extare in hoc Regno Sicilia: & idem Clericos minores etiam primæ tonsuræ, gaudere exemptione gabellarum: & qui vectigalia ab illis exigent, vel imponerent, in excommunicationem Bullæ Cœnae inciderent.

## RESOL. CCLX.

An Princeps secularis possit imponere, & exigere gabellas

Sup. hoc in Ref. seq. & in tom. 6. tr. 9. Ref. 66. §. Accedit.

Quæ hic est Ref. antec. den. §. vlt. paulo post initium, & in tom. 7. tr. 9. Ref. 66. §. Accedit.

Sup. hoc in Ref. 64. §. 1. paulo post initium, & in Ref. 65. §. 2. etiam paulo post initium, & inf. lege doctrinam ad seq.